

26. K



82


92

SPOSS. EXCELLENTISS.
WOLFGANGO GASTONI
a GASSENDORFF,
Medicinæ Doctori,
&
Celsiß Principis
GEORG I-RUDOLPHI
Duc. SILES. Lign. ac Breg.
CONSILIARIO
atq; Archiatro florentissimo.
UTI ET
JOANNÆ WEIDNERÆ,
Virgini Laudatiss.
JOANNIS WEIDNERI,
Doctoris Medici ac Poliatri
Reipubl. Grüneberg.
FILIAE unigenitæ.
GAMELIA
Exhibita.

Typis Ducalib. Lign.

os(0)sc

Dn. Martino Jochu
Alfimi carissi s.c.p.





AD CL. DN. SPONSUM.

Quàm benè nunc memini tria lustra abiisse, SAGA.
Alloquio primū quando mihi hospes eras: (NI
Quando affectares Juvenis recto pede Athénas
Albicolas, Sponsa hā pupula visa tibi est.
Annicula en dextram porxit, Materque subinde
Hortata, ut Musis in vigiles lepidis:
Hactuaerit, dixit, reduci carissima crescat
Sponsa, tibi proprio fortè locanda toro.
Res abit in risum (risum teneatis amici,)
Jov A Deus miris ludit agitq; modis.
Impiger obsequeris, librorumq; Helluo avarus
Existens, Musis nocte dieq; litas.
Nec satis hoc, alios alio sub sole jacentes
Invisis populos, sic poliens Genium.
Post ubi sat studiis indultum, præmia poscis
Digna, tuum hinc cingit Laurus honora Caput.
Ad fratrem remeas, (quo nemo carior unquam
Vixit, & in vitâ, in morte m̄i amabilior.)
Chemica quod possit praxis pixisq; revolvis,
Focundè & tuto & quæ citò præstat opem.
Dux Te mox Lygius celsus delegit in aulâ,
Præscribas fidâ ut pharmaca fida manu.
Fallor? an his oculis vidi, quàm industrius artem
Excoleres, cum nos jungeret unda-calens.

Divatum Princeps studium deprædicat Ipsa,
Destinat & Generum Te mibi, me Sacerum.
Fatidicam o Divam! cuius tu jussa sequutus,
Adjicis in NATAM mentem oculosq; tuos.
Ipsa in Amore calens, in Te defixa vicißim
Corde animo, & talem se HOSPITEM habere sitit.
Sic Fatum & votum jungit duo Corcula bellè,
Annihilatq; omen nec levis aura prius.
Ergo novis SPONSIS, & lata & lauta precemur,
Pacificumq; thorum, prolificumq; thorum.
Postq; gravem hanc vitæ ærumnam, nova gaudia
Vitæ immortales sunt ubi deliciae.

JOH. WEIDNERUS D.
Sponsæ P.

E I Δ Τ Λ Α Ι Ο Ν

E Lysio FELIX Hospes spaciatur in arvo,
Mente sagax, virtute prob, spectatus honore
Ille salutarem anquirit procul arboris umbram;
Quâ caput inclinet, quâ crudi corporis artus,
Et valeat dulci curas lenire sopore.

Principio Taxus foliis se prodit acutis.
Non placet: instillat recubanti triste venenum.
Fæda lues morum quid enim nisi toxica gignit?
Protinus apparet crispante cacumine Quercus.
Sed facile hanc feriunt ventosa tonitrua cœlo.
Declivis ruit ille, nimis qui tendit in altum,

Ponè



Ponè subit ramis frondentibus ardua Pinus.
Ingratis verò cerebrum illa vaporibus opplet.
Esto procul, quodcunq; animorum exasperat iras.

Tum lactens ostentat opes & munera Ficus
Hæc verò invalidi subvertit stamina ventris.
Dispicet, ingluvie patrios quæ devorat agros.

Vesca SALIX, LAUR⁹q; imbellis, & inclyta RIBES
Hæc sunt delitiæ, quas aurea noverit ætas:
Hæc Hospes vestigat, & invenit omne latus:
Huc sua contulerat dives donaria cœlum.
Agricolam fœcunda Salix beat ubere cultu.
Hanc amat, & dextrâ parat Hospes parte locare.
Laurus, sacra Jovi, cispellit fulmnis ictus:
Arbor grata Jovi: latus occupat illa sinistrum.

In medio est Ribes, rubeis pulcherrima baccis;
Hanc cupit hanc capit, hanc unam sibi deligit Ho-
Rorifluâ cuius requiescat suaviter umbrâ. (Ipes,

Elysii Pater ipse soli, Pater Optimus arti
Vidit; & arridens, hæc pectori fatur abimo:
Sospes Ribe suâ viridanti gaudeat Hospes:
Hauriat è baccis arenti gutture succum;
Leniat unde gravem languentis pectoris æstum.

Et salici, & Lauro, & turgenti germine Ribi,
Hortoq; adspiret genitabilis aura FavonI.

Bonæ scævæ ergò F.

CASPAR DORNAVIUS.

A 3

NAM

NAM quæ hodie in parilem denubit Nymphula
lectum?

Matris nempe Patrisque unica & unarosa

JOANNA illa; Patris SALICUM cognomen habentis;

Matris, cui LAURUS stamina honesta dedit.

Cui nubit? WOLFGANG ETIBI, GASTONIS avitum

Cui tribuit puero nomen habere Pater.

Musæ adolescentem sed enim finxere: per artes

Ipse virum absolvit donec Apollo suas.

Nuncque valetudo LYCHI DUCIS assidue illum

Occupat; optato ut sit maneatque gradu.

Sæpeque cùm utiliter vel publica consiliis stent

Illi: & titulum Consiliantis habet.

O fatis junctum bene par! Hac virgine dignus

Nempe vir, hoc tali virgoque digna viro est.

En, ut habet nomen, SUPERUM JOANNA FAVORE

Calfacietque torum, calfacietque focum.

CURRICULA at spendet WOLFGANGUS IDONEA rerū,

Sive fluant Zephyri lene, furantve Noti.

CONJUGIO, cui JOVA FAVET, cui COM-

MODE EUNT RES,

PULCHRIUS EST TOTO DIC QUID IN
ORBE? NIHIL.

M. LAUBANUS,

ipso nuptiali die, i. xxi. Febr.

1623.

Nobi-



Nobiliss. Sposs. Pari.

IAm tua Te pridem virtus super æthera vexit
Gasto, Principibus dans placuisse Viris;
Sive sit ILLUSTRI depulsa a corpore febris:
Publica consiliis sive levata tuis.

Déerat adhuc unum Medice, ut curare te ipsum
Inciperes, laudum hinc omnia puncta ferens.
Nam languorem animo residere atq; ossibus ignem,
Nescio quæ nobis nuncia famaferat.

Omnibus at vicium hoc (Ignosce) Medentibus hæret,
Ut nequeant ipsi consuluisse sibi.

Semper ab alterius cura est felicior Arte:
Et Medicus Medici poscere suevit opem.

Hinc fugis ad salices, WEIDNERI ad Apollinis ades;
Hospitio gaudens consilioque Viri:

Plantula dum illius dulcissima ḡ unica in horto
Præsto est vulneribus grata medela tuis:

Grata medela, rosas inter lepidissima; quam par
Et genus, ḡ virtus, famaq; nobilitat.

Quam benè! Nunc ergo banc recipe, atq; exporrige
Illa sit ḡ morbis ceu panacea tuis. (frontem:

Atq; utinam longum tecum florescat in ævum:
Proferat ḡ rosulas non sine laude suas;

Quæ Patrem exhibarent, ḡ Avus queis basia figat;
Atq; avia in blando quas gerat usq; sinu!

Sed

*Sed quis diffidat Medico, qui noverit herbas?
Qui sibi non: aliis consulit ille bene.*

Debitæ observantiæ &
cognitionis ergô

M. JOANNES BUCHWÆLDER,
Illustris GymnasI Brigens.
Phil. pract. Prof.

—
TNgens decus Mortalium
Virtus & Artes Palladis
Quæ laudis immortalia
Veræ ferunt præconia.

Virtute GASTO masculâ
Ac Artibus Cultissimus:
Insigne quicis nomen sibi
Musis parat gratantibus.
Qui Principi Celsissimo
Aulæq; Lignicensium
Curâ, Machaon, providâ
Felix Hygææ consulit.
Hinc Principi Augustissimo
Cunctisq; charus est Bonis.
Hinc consecutus Maxuma
Plaudente Phœbo munera.

Numné ergò WEIDNERI Gener
Dignissimus vocabitur,
Phœbiq; Mystæ nobilis,

Vatisq;

Vatisq; digni Apolline?
Qui MONTIBUS VIRENTIBUS
Ceu Palma floret vivida:
Ceu stella lucet fulgida
Orbe in patenti Slesidos.

Felix dies sit hæc Tibi
WEIDNERE, Cognate Optume!
Sit fausta Cajæ & Filiæ!
Sit læta Sponso & Sponsulæ!
Mox procreent puellulos,
Et bellulas puellulas!
Qui sint pares Parentibus
Pulcherrimis Virtutibus!
Qui sint Avo grati HOSPITES;
Matri Patriq; dulcia
Sinceri Amoris pignora.

Vos sospitet sic Faustitas!
Vestrum Torum Concordia
Circumdet! absint noxia!
Optata tandem gaudia
Dcs, Conjugum Fautor, Deus!

A L I U D.

GASTO Te totum Elysiax per Orbem
Fama fert Asclepiaden peritum,
Et manu doctum Medicâ Deorum
Fata fugare.

B

Saucio

Saucio cordi proprio sed arte
Haud vales jam Pœoniâ mederi.
Nec Galeni aut Hippocratis probatam
Scripta medelam
Suggerunt. Non herba potens, nec nulli
Flosculi læti ambrosiive succi.
Quin feret cum Compositis repulsam
Pharmacopola.

Fascinat sic Arcitenens, & imo
Pectori vulnus subitò propinat;
Cui faces subdit Cypris alma sœvi
Mater Amoris.

Non sinunt Musæ Charitesq; spebus
Longius cassum veterem Clientem:
Sed citò MONTES VIRIDES secundo
Sidere scandunt.

Heic ubi sedem celebris Machaon
Fixit; ac horto SALICEM venustam
Intulit; quæ cordifragos dolores
Pellere novit.

Ergò Junonis properant ad ædes,
Et Patrem multis precibus fatigant;
HOSPITI ut Tanto cupiant dicatam

Rite JOHANNAM.

Annuunt verò, & lepidam puellam
Mancipant: quæ Thalloreas triumphat

Nymphulas

Nymphulas; & Gemma velut pudoris
Laude coruscat.

Protinus dicunt Genero salutem

Pectore ex imo calidisq; votis.

Talibus dictis simul adprecantur

Prospera Fata.

Nobilem Plantam capenunc; ovansq;

In seras horto, studio rigesq;

Vividâ sic Te & nitidâ quotannis

Prolebeabit.

Sic graves inter Patriæ procellas

(Heu nimis longum quæ agitata!) scutum

Atq; curarum dabit hæc & æstus

Dulce Levamen.

Auream Pacem Deus alme redde:

Et fac Augusto, veluti fuere.

Nescia ut Martis redeant vicissim

Cæsare secla.

VALENTINUS BUCHVELDER

Athenis Marchicus.

G A S T E Silesiaci prælustris gloria campi,

G A S T E Machaonii nobile lumen agri,

Quando noto celebres virtutis & artis honores

Quos peperit vigili cura labore tibi

Incipio longas mirari fata per horas,

Et linguæ talis solvere vincla modo;

Bz

Quicquid

Quicquid jucundæ depositalat horula vitæ
Omne potens culto pectorc **G A S T U S** alit.
Nec male dum dubiæ commendans semina terræ
Per scindit totâ luce colonus agrum.
Jamq; fatigandos graviore celeusmate tauros
Invitans longi Solis acore calet
Jam rigidos Cauri strepitus crepitusq; vel Euri
Rure legens Sparso frigore & imbre madet
Tu sacrosanctis bellè premis oscula Musis,
Attentasq; gravi mente, quod ille manu.
Durus uterq; labor sed sicut idonea dextram
Mens Poriucundo vincit honore suam;
Sic labor iste illum vincit bonitate laborem,
Et longè vitæ mitius aptat iter.
Flora resolvit agros & culmisq; inspicat aristas
Et vexit campum gramine fronde comas:
Ire potes, celsas evincere gressibus Alpes,
Atq; oculos violis pascere sive rosis,
Aut in odorifero, Zephyris spirantibus, horto
Quæ vis herbarum sit, recitare rudi;
Aut, quales iteret mitis Philomela querelas,
Imbibere, & fusis luxuriare somis,
Pulverulenta Ceres fruges maturat & æstu
Torret sylvarum robora, torret agros:
Exis, & chartas paulisper ponis, & altos
Evitans soles ad trabis antra fugis,
Jamq; vides timidas pendere è rupe capellas,
Atq; in fasciculos cogere ruris opes;
Jam baculo innixum cis saxa vel arva Menalcam,
Solari tenero carmine mentis onus;
Sive etiam placidos facientia flumina somnos
Cantare, & grato scinderer rura sono.

Bloppius

Morbifer



Morbifer autumnus redit? & jam plenus ab ulmo
Descendit Bacchus, seraq; musta terit?
Poma sub arboribus legis, & quæ vertice pendent
Carpis sub viridi tegminis æde, nuces,
Et Patriæ numerans vicinæ tecta vel arces
Diffluere è riguo pondere vina notas,
Aut quoq; quæ gruibus pedicæ, quæ retia cervis
Ponantur suetâ calliditate, vides.
Frigida pallat hyems? ferratos sustinet orbes
Unda? & deformes sustinet herba nivos?
Ad Musæalates, & succrescente Camino
Pervolvit doctos non sine fruge, viros
Interdum Danai Splendor Podalirius agri
Panditur, & longi carpitur inde moris;
Interdum medicâ gravis arte Machaon, & altâ
Laude Theophrasti nobile fertur opus,
Interea lectis mentem depascis, & usum
Consulis, & quid sit fasq; nefasq; probas.
Hinc prodesse tibi, ^{poteris} prodesse saluti
Vicini, & quisquis prosperitate caret.
Corpora densat hydrops? medicas mox utilis herbas
Affers, & membris pinguibus addis opem
Querquera febris arat corpus? calor ossibus ignes
Implicat? & rabidam, parturit ore sitim?
Quicquid in exitio est te divertente, recedit;
Mors fugit à querulo corpore, vita redit.
Est, qui lautitiis ovat est, qui pellice gaudet.
Et perdit cunctos impietate dies;
Sed cum vita ruit, perit & cum corpore famam
In terræ sepelit pulvere & angve necat;
Tu magnus vivus, tu magnus mortuus astas;
Et landes æquas sorte in utrâq; polo

B;

Gaudet

Gaudet honore tuo Dux, gaudet in urbe Senatus,
Gaudet munificus; qui locat omne Deus.
Hinc grave Dux titulis tibi nomen adauget, honorus
Cum vulgo pro te vota Senatus agit.
At Pater omnipotens rerum cui summa potestas
Seu quid in axe struat, seu quid in orbè struat,
At Pater omnipotens nitidam tibi jungit amicam
Quæ, quodcunq; tenet flore & honore tenet.
Vin Patrem? hunc longos commendat SPROTTA
per annos,
SPROTTA creans multos, quos probat hora, viros.
Tu quoq; tu crebris SAGANUM illustre querelis
Hunc fato amissum flebiliore doles.
Præcipue densis GRUNBERGA corusca racemis
Hunc immortali laudis honore beat.
Scilicet ex illo Musæ Charitesq; resultant
Ipsæ & quid Phæbus nobilitatis habet.
Vin Matrem? hæc specimen pietatis habetur, & omni
Præside fæminei gloria magna chori est.
Vin Sponsam? hæc cultos imitatur honore parentes
Et mente, & formæ dexteritate valet.
Quam lepidè compti radiant per colla capilli!
Quam lepidè ex oculis frons nitet æqua suis!
Bella labella rosas vincunt sed marmora collum;
Si videas digitos lacte madere putas.
Rara foro; lare crebra; foco vaga; sedula cantu;
Ore pudica; sono blanda; labore salax;
Est formosa; tamen non sic, ut dicere possis.
Huic Venus ex oculis desidiosa micat;
Est facunda, tamen non sic, ut dicere possis,
Huic nullus stultà garrulitate modus.
Nec nimium brevis est, nimium nec longa sed inter
Ista loco medio gaudet, & ampla viget.

Demittunt aliæ cœlsis sua colla fenestris !
Hæc latet ad fili stamina clausa sui,
Saltatum migrant ? & se spectantibus addunt ?
Hæc odit reprobos, & fugit inde, greges.
Utq; Saphyrato preciosus in ære lapillo
Annulus ornatur, splendidiusq; viget,
Sic, quicquid pulchrum est pietate illustrat & altâ
Virtute & sanctâ religione precum
Fama est quod tacitis votis, lunone remotâ,
Jupiter hanc cœlsis experat ipse polis.
Fama est, quod si unquam Cytherea occumbere possit
Hanc legeret venerem quæq; puella suam.
O veneranda dyas quæ talia pectora jungit !
O veneranda dyas quæ bona tanta ligat !
Vivite mansuetas, lectissima corcula, messes,
Vivite tranquillos, dum sinit hora, dies.
Pascite delitiis animum, risuq; perenni
Solvite lapsuræ mitia secla moræ
Et quia nil toto, quam pignora, lætius orbe est
Pullulet è vestro plurima pupa toro.
Pupa patrem risu cognoscens, omine matrem;
Pupa petens crebro poplite limen avi.
Deniq; fatales ubi vita exegerit annos
Una dies vestras finiat orbe moras,
Finiat orbe moras, celsoq; insortet Olympo,
Et vos æterno denser honore poli.

Boni omnis, duxteri affectus, & incitanda,
promotionis ergò
Exhibit

HEINR IUS HEINIUS
Sagano-Silesius P. L. & Nobilium
a Kœseliq p. t. Praeceptor.

• OS 226 •



Ja 666

ULB Halle
002 177 021

3



sb-200

Von MC







NTISS.
JASTONI
KFF,
pri,
is
OLPHI
c Breg.
IO
ssimo.
ONERÆ,
tiss.
NERI,
Poliatri
crg.
A

Lign.

Dn. Martino Socis
affini carissimo S.P.